Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

extrinsecus. sed in domo sua. postea quae accendit lucernam.
et mundauit domum. sordibus et inmundiciis. quae per lon
gi temporis ignauiae et hebetudo congesserunt. et ibi
inuenit drachmam; Et uero si accendus lucernam
sicut hi bene est ibi illuminationem spiritus sancti et in lumine ei
ut uidere lumen. Inuenies intuere drachmam; Intuere nam
quae conlocauit ei imago regis caelestis. Cum enim fecerit
hominem ex initio dr. ad imaginem et similitudinem suam
fecit eum. & hanc imaginem non extrinsecus. sed intus eu
collocauit. Haec intueri non poterat. donec domus
tua sordida erat. inmundiciis et ruderibus repleta.
Iste fons scientiae intus erat sicut. sed non poterat
fluere. quia philistini repleuerant eum terra. et fecerant
inde imaginem terreni; Sed tu postesti quidem tuo
imaginem terrenam. quando his audiuit ab illa omni
mole et oppressione terreni puerbum di purgatur.
imaginem caelestis inde splendescere fecisti.
Haec ergo imago est. de qua dicebat pater ad filium. fa
ciamus hominem ad imaginem et similitudinem nram;
Filius di est pictor huius imaginis; et quia tulit
et tenuit. e. pictor. imago eius obscurari pinca
ri non potest. deleri per malitiam non potest; Manet
enim inde semper imago di. licet tu ibi ipse superdu
cas imaginem terreni. istam picturam tu ibi